

De  
Bo



B. 710.

4



De Gennadii dialogo et confessione conf.  
Bäumgarten Hist. Reliq. p. 530.

Ex Bibliotheca  
M. Caroli Augusti Bezeri



4

1760



- 1) Anna
- 2) Hem. in de Jure, Liber Jus-  
mudius et Juris.
- 3) Targumim
- 4) M. Hag. Beyans, Mishna  
Sitra, Galorum abqz Mischorum  
Gem. Gentij.
- 5) de la Croix Semaryes sur  
L'histoire du Christianisme  
des Indes.
- 6) Sapiatissimi Viri & Gemmitij  
conformata Scholary Biologus  
Reji Cyr. ad Polycia. ar-  
duntur.
- 7) Compandum hantatum et uni-  
versalium Lynodorum
- 8) Dupitij M. de Spiritu S.
- 9) Annotatij et Cynilli compen-  
daria orthodoxa huius Epistolis.
- 10) Flavij Tolpini de Loco huius.  
si un hypothesis est.

ARCANA  
BIBLIOTHECAE  
SYNODALIS  
ET  
TYPOGRAPHICAE  
MOSCVENSIS

 SACRA,   
TRIBVS CATALOGIS  
CODICVM MANVSRIPTORVM  
GRAECORVM,

*SUPERIORE ANNO, MOSCVAE  
RETECTA*

AB  
ATHANASIO SCHIADA,  
SCHOLAE GRAECAE IBIDEM  
PROFESSORE,

NVNC AVTEM  
DENVO LVCI PVBLICAE EXPOSITA  
ACCVRANTE

M. IOANNE ERHARDO KAPPIO,  
FAC. PHIL. LIPS. ASSESS.

---

LIPSIAE,

APVD IO. FRID. GLEDITSCHII B. FILIVM

CIO IO CC XXIV.

KOEN. FRIED.  
UNIVERS.  
ZU HALLE



V I R O  
SVMME. VENERANDO  
AMPLISSIMO. ATQVE. EXCELLENTISSIMO  
D O M I N O  
IOANNI. ALBERTO  
FABRICIO  
SACRO - SANCTAE. THEOLOGIAE  
DOCTORI. ET. IN. GYMNASIO  
QVOD. HAMBVRGI. FLORET  
PROFESSORI. LONGE  
CELEBERRIMO  
GENTIS. NOSTRAE. ET. PATRIAE. SVAE  
ORNAMENTO. MAXIMO  
VIRO. ΠΟΛΥΜΑΘΗΣΤΑΤΩ. ATQVE  
VTI. DE. OMNI. ERVDITIONE. ITA  
IN. PRIMIS. DE. GRAECA. LI.  
TERATVRA. DVDVM  
IMMORTALITER  
MERITO  
PATRONO. AC. FAVTORI. SVO  
SINGVLARITER. COLENDO

HAEC  
ARCANAE  
BIBLIOTHECAE. MOSCVENSIS  
SACRA  
TRIBVS. CATALOGIS. CODICVM  
MANVSCRIPTORVM. GRAECORVM  
AB  
ATHANASIO. SCHIADA  
NVPERRIME. RETECTA  
A. SE. AVTEM  
DENVO. LVCI. PVBLICAE. CVRATIVS  
EXPOSITA  
SINGVLARIS. VENERATIONIS  
CAVSSA  
QVA  
*FABRICIANA. IN. REMPVBLICAM  
LITERARIAM*  
MERITA  
SANE. INCOMPARABILIA  
PROSEQVITVR  
L. M. Q. CONSECRAT  
EDITOR.





VIR SVMME VENERANDE,  
AMPLISSIME ATQVE EXCELLEN-  
TISSIME,  
PATRONE ATQVE FAVOR,  
SINGVLARITER COLENDE,

**C**ircumferenti mihi oculos,  
cui haec Arcana Biblio-  
thecarum Moscuenſium  
Sacra, ab ATHANASIO  
SCHIADA, Viro Clariffimo,  
tribus catalogis codicum manu-  
ſcriptorum Graecorum, ſuperiore  
anno, feliciter reſecta, eo, quo par  
eſt, cultu conſecrarem, TV primus  
occurrebas, VIR LONGE CE-  
LEBERRIME, meoque animo,  
hac cogitatione intento, adeo  
obuerſabar, vt, cui ea maiori iu-  
re offerrentur, cuique fortalle  
haud immerito ſanctiora eſſent,  
a 3 quam



quam TIBI, neminem sane inue-  
 nerim. Quum enim nullum, ni-  
 si rerum omnium ignarum, facile  
 fugiat, TE, VIR EXCELLEN-  
 TISSIME, cum aliis TVIS in-  
 genii foetibus, aetatem laturis,  
 tum in primis Bibliotheca TVA  
 Graeca, thesauro, rerum elegan-  
 tissimarum copia referto, illam in  
 republica literaria dignitatem ob-  
 tinuisse, vt TIBI ab vniuersa,  
 qua patet, Germania literata, o-  
 mnium consensu atque adproba-  
 tione, principatus literaturae  
 Graecae delatus fuerit: nefas o-  
 mnino fuisset, hos codicum ma-  
 nuscriptorum Graecorum catalo-  
 gos ad alium, quam ad TE, litera-  
 turae Graecae apud nos Princi-  
 pem, ablegare, ad TE, inquam,  
 qui idoneus atque incorruptus  
 eorum iudex existis, et quod TI-  
 BI



Bl; in more positum est, iusto eis pretio statuto, quid utilitatis in orbem Christianum et Literatum, ex his Russorum Bibliothecis, aliisque eorum conatibus, aliquando sit redundaturum, omnium optime perspicias. Neque vlla dubitandi adest caussa, quin Magnus Russorum Imperator, PETRVS ALEXIVS, omnium, quotquot fuerunt, Russiae Principum longe sapientissimus, bonarumque literarum, dira barbarie adhuc sepultarum, Vindex atque Restaurator incomparabilis, pro inusitato atque incredibili SVO in literarum studia amore, non has Bibliothecas solum Moscuenfes manuscriptas, luculentius describendas, sed etiam, quod iam nuntii publici, non sine maxima literatorum omnium laetitia



retulerunt, monasteria Graecorum a viris doctissimis excutienda, atque arcana eorum, iustis manuscriptorum catalogis retagenda, immo omnia, in Europae literatae vsu, suo tempore, proferenda, atque aperienda, clementissime sit curaturus. At enimvero, dum ardentissima pro maiori bonarum literarum in Russia incremento nuncupamus vota, spe simulac erigimur haud inani, fore, vt TV, VIR CELEBRERIME, vel ex his ipsis catalogis, leuidensibus licet, nonnulla tamen in emolumentum TVVM conuersurus, eaque decimo tertio, quod nunc paras, Bibliothecae TVAE Graecae, laude mea longe maioris, Volumini, eique vltimo, tanquam spicilegium, messe iam facta, additurus sis.

In-

Interea gratulor TIBI, PATRO-  
NE MAXIME, insignem illam  
felicitatem, qua TIBI huic Bi-  
bliothecae, monumento aere per-  
enniori, coronidem imponere li-  
cet, gratulor aeuo nostro litera-  
to eandem felicitatem, qua non  
solum, breui interiecto tempo-  
re, hanc Bibliothecam, omnibus  
numeris absolutam, conspiciet,  
sed etiam plura alia adhuc, non  
minoris facienda ingenii TVI  
monimenta, atque inter ea Euse-  
bii Caesariensis Prooemium, et  
priora Demonstrationis Euange-  
licae capita, nondum euulgata,  
atque a Celsissimo Walachiae  
Principe, IOANNE NICO-  
LAO ALEXANDRO MAV-  
ROCORDATO, clementer Te-  
cum communicata, non sine ac-  
curata Latina versione, aliisque

a 5            acces-



accessionibus, multiiuga eruditione TVA dignissimis, abs TE exspectare poterit. Atque haec singularis veneratio, qua inusitata TVA merita prosequor, VIR EXCELLENTISSIME, satis quidem mihi fuisset, cur haec Bibliothecae Moscuensis Sacra ILLVSTRI NOMINI TVO consecrarem: At enimvero ingenue fateor, aliam adhuc, magisque mihi propriam rationem me ad hoc pietatis officium persolvendum impulisse. Quoties enim recorder literarum TVARVM, ante aliquot iam annos ad me perscriptarum, eximique TVI in me fauoris plenissimarum: toties ingenti laetitia perfundor, TE, VIR SVMME, non tantum de primis meis in republica literaria conatibus honorifice sensisse, sed etiam mihi

mihi sponte currenti, calcar addidisse. Quandoquidem vero *Principibus placuisse viris non ultima laus est*: nec ego, crede mihi, in vltima posui laude, TIBI, inter Principes æui nostri Literatos, omni iure, numerando, conatus meos tam benigne approbatos fuisse. Accipe ergo, PATRONE OPTVME, hæc TIBI oblata Sacra, tanquam perpetuum singularis meae in TE pietatis monumentum, serena, vt soles, fronte, meisque fauere studiis pro more TVO perseuera. Vale, ILLVSTRIS FABRICI, de quo non possum non illud Pyrrhi\* cum Cl. Heumanno sapius repetere: ILLE EST FABRICIVS, QVI DIFFICILIVS AB HONESTATE, (ADDO

---

\* Eutropius II. 8. 5.

(ADDO ET LITERATIS  
 LABORIBVS) QVAM SOL  
 A CVRSV SVO AVER-  
 TI POTEST. Iterum Vale,  
 VIR ΠΟΛΥΜΑΘΗΣΤΑΤΕ,  
 gentisque nostrae et Patriae  
 TVAE ornamentum maximum.  
 Lipsiae Pridie Nonas Octobris

CIDIDCCXXIV.





LECTORI  
BENEVOLO

S. P. D.  
EDITOR.

**A**Ntequam haec Sacra vtriusque Bibliothecae Moscuensis arcana, a Viro Doctissimo, Athanasio Schiada, tribus Catalogis, superiore anno, resecta, nunc autem cura mea denuo loci publicae exposita, intrare sustineas, pauca in limine monendus es, Lector Beneuole, vt quae huius instituti sit ratio, cognitum habeas atque perspectum. Fuerunt autem duae in primis caussae, quae me commouerunt, vt hunc libellum typis apud nos repetendum curarem, quarum altera est illa, quod non plus quam quinquaginta eius exempla Moscuae excusa fuere, altera vero, quod, breui temporis spatio interiecto, prohibitum fuit, ne quis illum recudendum in se fusciperet. Quod autem ad Moscuense exemplum attinet, illud Latino et Ruffico idiomate euulgatum est, cuius Latinus titulus ita habet: *Catalogi duo Codicum manuscriptorum Graecorum, qui in Bibliotheca Synodali Moscuensi asseruantur, anno MDCCXXII mense Martio ab Athanasio Schiada, prius in Equitatu primi causarum Auditoris, nunc Scholae Graecae Professoris, inspecti et examinati. Horum vnus continet Codices L, in quibus tempus, quo sunt exarati, inuentum est in Codicibus notatum, alter comprehendit CCCIV, Codices, quorum exscriptio-*



ptionis saeculum ex sententia dicti Schiadae est designatum. Accedit Appendicis loco tertius Catalogus XCIII, Codicum manuscriptorum Bibliothecae Typographicae Moscuensis. Dedicati Augustissimo ac Potentissimo Imperatori atque Autocratori totius Russiae, Domino, Domino Clementissimo. In Typographia Moscuensi, Anno MDCCXXIII mense Nouembri in 4. plagulis VIII. Silentio hic praetereo, Athanasium Schiadam, hominem Graecum, et castra aliquando secutum Latinae Grammaticae regulas cum in hoc titulo non accurate obseruasse, tum in libello ipso a Latini sermonis puritate, receptaque scribendi ratione aliquando recessisse, sed hoc monendum esse arbitror, me huic nimis forte prolixo titulo alium breuiorem, pace, vt spero, doctissimi Auctoris substituisse. Mutuatus sum illum a Theophilo Spizelio, atque ab Henrico Pippingio, Viris Clarissimis, nunc *παράγραφοις*, quorum ille *Sacra Bibliothecarum illustrium arcana resecta* \* hic autem *Arcana Bibliothecae Thomanae Lipsiensis Sacra a se resecta*\*\* luci publicae exposuit. Nec immerito hi utriusque Moscuensis Bibliothecae Catalogi Codicum manuscriptorum *Sacra arcana* inscribentur, Russis quippe ipsis adhuc arcana, a doctissimo Schiada quidem aliquot catalogis resecta, sed in posterum luculentioribus descri-

\* Augustae Vindelicorum 1668. 8.

\*\* Lipsiae 1702. 4 et in Collectione Madero Schmidiana p. 293.

scriptionibus a se retenda. Non enim adeo suffenus est Clarissimus Auctor, vt sibi persuadeat, Saeculum nostrum Literatum in tam breuibus adquiescere posse catalogis, hinc ampliores promittit Auctor, promittit et Palaographiam Graecam, magno volumine describendam; promissa quoque acceptamus, atque, vt iussu PETRI MAGNI, HERCVLIS MVSAGETAE, non solum hae Moscuenfes, sed etiam reliquae monasteriorum in primis Graecorum Bibliothecae eius vsui nunquam non pateant, boni publici causa exoptamus. Quum ergo doctissimus Schiada luculentiores harum Bibliothecarum quoque abs se expectare iubeat catalogos, religioni nobis duximus, iis manus nostras ad mouere, atque ea, quae maiori luce indigere videntur, ex idoneis monumentis illuminare, aut perperam, vel nimis liberaliter dicta emendare. His annumerare licet, quando in Epistola Nuncupatoria affirmat, LVDOVICVM XIV, Galliae Regem, *primo Ioannem Mabillonium, post Montfauconium, suos sapientissimos et eruditissimos Bibliothecarios maximis expensis legasse per totam Europam ad visendas omnes Bibliothecas*, quum inter omnes omnino constet, his illustribus Daumuiris nec tam immentum iter demandatum, nec vsquam ab iis confectum fuisse. Leue hoc est, et vna cum aliis doctissimo viro, tot aliis praesidiis instructo, atque ad maiora opera  
cum

PRAEFATIO.

cum maxima sui laude contendenti, facile con-  
donandum. Si quid praeterea rude atque im-  
politum Tibi in hoc libello videbitur, perpen-  
de quaeso, Lector Beneuole, vti omnium alia-  
rum rerum humanarum, ita et bonarum litera-  
rum alicubi renascentium initia parua esse ac  
tenuia. Si quid autem utilitatis vel iucundita-  
tis ex eo perceperis, illud non mihi, sed **ILLV-  
STRI MENCKENIO**, Rufforum etiam rem  
literariam in **Actis Eruditorum Latinis** subinde  
describenti, acceptum referre debes, qui hunc  
libellum a Perillustri Huyffenio, de Ruffica gen-  
te immortaliter merito, ad se transmissum, eum  
in finem beneuole mecum communicauit, vt  
noua forma exscriberetur. Interea vero,  
Lector Beneuole, quoad Ruffia elegantiore  
cultu efflorescat, atque maiora et limatiore in  
lucem producat, hoc Catone mecum esto  
contentus, et, si literarum incrementa curae  
tibi cordique fuerint, gratulare ei hanc fe-  
licitatem, qua post tot barbara saecula nouam  
omnino Minerua sedem in hoc imperio in-  
uenisse videtur, atque vt ei, hoc felicitatis  
genere, perpetuo vti, frui liceat, me-  
cum apprecare. Vale Lector Bene-  
uole, meisque studiis fauere  
perge.

POTEN-

POTENTISSIMO  
*AVGVSTISSIMOQVE. IMPERATORI*  
AVTOCRATORI. TOTIVS. RVSSIAE  
**PETRO.MAGNO**  
PATRIAE. PATRI  
DOMINO. CLEMENTISSIMO



LIBRARIUS  
P. MAGNO  
P. MAGNO  
P. MAGNO  
P. MAGNO





**C**Um superioris anni  
mense Martio, Guber-  
natrix Synodus vellet  
introducere Holsatiae  
Principem (quod ipse expetiit)  
in Domum Synodalem, ad vi-  
senda pretiosissima indumenta  
Pontificia, & Bibliothecam li-  
bris manuscriptis Graecis refer-  
tam: negotium dedit Viro li-

A 2            terato

terato, Abbati, Athanasio Con-  
doidi, eiusdem Synodi Af-  
fessori, vt Codices Bibliothecae  
disponeret, (nondum enim  
per nouos nuper fabrefactos  
pluteos, debito ordine erant  
collocati) qui cum intelligeret,  
me quoque cognitionem libro-  
rum manuscriptorum habere,  
accerfuit me in Bibliothecam,  
vt manuscriptos codices inspi-  
cerem, considerarem, atque  
de saeculo, quo vnusquisque  
Codex fuit exscriptus, si no-  
tam temporis non haberet in-  
scriptam, meam quoque sen-  
tentiam proferrem, postulauit.  
Dum vero ingrediebar, animo  
voluebam gloriosa & magnifi-  
centissima facinora diuae me-  
moriae



moriam ALEXII, Autocratoris, Patris Tui, IMPERATOR AVGVSTISSIME. Notum enim mihi erat, collectionem manufcriptorum istorum opus esse Eiusdem, factam magna pecunia, & singulari diligentia viri fidelis, Arsenii, Sacromonachi. Numeratis ergo, atque examinatis codicibus, non quidem tot inueni, quot habet Bibliotheca Vaticana Romae: quot Parisiensis Regis Galliae: Oxoniensis Bodleiana: quot Caesarea Viennae: quot Laurentiana Magni Ducis Hetru- riae: sed adeo sunt vetusti maior pars istorum, vt possint cum rarioribus illorum in vetustate contendere. Neque enim mi-

A 3

rum,

rum est, illas manuscriptis Bibliothecas esse abundantiores, dum non vnus, neque vno tempore illos collegit. Multi enim Pontifices, cum multos Graecos benigne atque munifice exciperent, multos ab illis manuscriptos Codices in donum acceperunt. Inter alios vero Nicolaus V. Romanus Pontifex, magnis sumptibus per mercatores a Byzantio capto conquirens libros graecos, Vaticanam Bibliothecam auxit, quae tamen multo post, ad tantum numerum librorum, quantus nunc habetur, excreuit, cum Bibliothecae Palatinae, atque Christinae, Sueciae Reginae, manuscriptos Pontifici donatos in se rece-

recepit. Bodleiana vero Oxoniensis tunc tantum accepit incrementum, cum varii Comites ac Magnates, qui magna pecunia & singulari diligentia variis temporibus multos emerant manuscriptos, suarum Bibliothecarum libros donarunt; Parisiensem autem Regiam, multi Reges per multa saecula adornarunt, manuscriptisque ditarunt: sed omnium plus defunctus Rex Ludouicus XIV, qui vt in aliis, sic in hoc negotio non parcendo pecuniis, multa donando, plura promittendo, plurimos ex omnibus partibus collegit manusctiptos, et ne caeterarum Bibliothecarum manuscripti Codices effugerent  
illius

illius cognitionem, primo Ioannem Mabillonium, post Montfauconium, suos sapientissimos Bibliothecarios, maximis expensis legabat per totam Europam, ad visendas omnes Bibliothecas: quorum primus describendo, quot quot inuenire potuit diplomata, de re diplomatica sapientissimum conscripsit librum. Alter Codices manuscriptos graecos examinando, et in quibus potuit videre tempus inscriptum, notando, atque eosdem characteres, quibus vnusquisque Codex scriptus erat delineando, de palaeographia graeca librum eruditissimum edidit. Voluit enim Vir sapientissimus eruditis dare quas-

quasdam regulas, quasi certas, quibus possent sententiam suam proferre de antiquitate manusccriptorum librorum. Mediceae vero familiae, Magnorum nunc Ducum Hetruriae Maiores, cum Patroni extiterint doctorum virorum, multos Graecos doctos, ut Chrysolaram, Gazam, Lascarim, Chalcocondylam, et alios Turcarum fugientes tyrannidem, excipientes, illosque alentes, pro sua Bibliotheca, multa manuscripta exemplaria obtinuerunt. Horum tamen vnus Ioannes Lascares bis mittitur ad Baiazetem Byzantium a Laurentio Mediceo, et permissu Turcae ad illum multos libros graecos exportauit.

A 5

Caesa-

Caesarea autem & Veneta praefertim eodem modo sunt adornatae. Sed Veneta quot quot habet manuscriptos Codices graecos, omnes quasi sunt Cardinalis Bessarionis Graeci, tunc doctrina celebris viri. Multi ergo per annos multos praeditas Bibliothecas manuscriptis ditarunt. Vnus tantum diuae memoriae Pater tuus, **IMPERATOR AVGVSTISSIME**, solus, breuique tempore quingentos Codices, (vt mihi dicebant, licet ego pauciores inspexi) quasi omnes per antiquos colligere potuit: quorum quinquaginta, et amplius habent annum inscriptum, quo sunt exarati. Horum antiquissimus est

est Codex quatuor Euangelistarum, qui comparatus cum celeberrimo manuscripto, donato Regi Angliae a Patriarcha tunc Alexandrino, Cyrillo Lucari, in hoc differt, quod ille parum maiores habet characteres.

Si ergo per Patrem tuum, IMPERATOR CLEMENTISSIME, tot Codices rarissimos Russia possidet: a TVA IMPERATORIA MAIESTATE plures expectat. Nam ut caeteros tuos Progenitores in gloria belli, in mari et terra, in amicitia et existimatione apud caeteros Europae Reges, in nauali & militari disciplina, in constitutione bonarum et manua-

nualium artium, in auctione mercaturae, in eruditione nobilium, et subditorum amore superasti, ideoque nominari **PATER PATRIAE**, et **MAGNVS PETRVS** meruisti: ita in hoc etiam, illos anteire omnes viri docti sperant, atque exoptant, vt eis **TVA IMPERATORIA MAESTAS** det Bibliothecam, omnibus numeris absolutam: quod et ego feruenti animo desiderioque opto, ac desidero. Possem enim, si Bibliotheca talis mihi pateret, non modo subscriptum Catalogum amplio-rem facere (quem breuitate temporis Codices inspiciendi, breuem facere sum coactus) sed



sed etiam volumen conscribere,  
ac tradere regulas, notas, chara-  
cteresque, qui possint palaeo-  
graphiam graecam magis per-  
ficere, vt Europa erudita per-  
suasa sit, quod habeat et Russia  
suos manuscriptos Codices ra-  
ros. Dum autem Deus con-  
silia tua adeo prosperauit,  
vt gloriosissima ea reddiderit  
apud omnia Imperia, Regna et  
Respublicas: ad hoc vnum  
nunc vota nostra porriguntur,  
vt diuina clementia salutem,  
incolumitatemque **TVAE IM-  
PERATORIAE MAIE-  
STATI** ad multos annos  
concedat, vt possint et studia  
**TE** Imperante promoueri et  
floreſce-

florescere instar aliarum florentissimarum nationum,

*VESTRAE IMPERATORIAE  
MAIESTATI*

Subiectissimus Seruus

Prius in Equitatu primus causarum Auditor, nunc vero  
scholae Graecae Professor,

Athanasius Schiada,  
Cephalenius.

DE

DE VSV  
MANVSCRIPTORVM LIBRORVM  
AD LECTOREM.

ATHANASIVS SCHIADA

BENEVOLO LECTORI  
SALVTEM.

**S**iquidem tibi mirari euenit,  
amice Lector, quod multa-  
rum Bibliothecarum, manu-  
scriptis codicibus refertissimarum  
vidisti, et vides saepe in lucem pro-  
dire Catalogos, quorum vnus est  
et hic noster, qui licet breuis, desi-  
derabilis tamen propter rarissi-  
mos manuscriptos, quos continet:  
Tunc cessabit haec admiratio tua,  
quando vsum manuscriptorum li-  
brorum, maximamque vtilitatem  
intelliges. Notum vero tibi esse  
puto, neque vmquam doctos vi-  
ros

ros numero aequasse indoctos, neque artem imprimendi esse adeo antiquam, propterea cum literati viri libros plures conscriberent, quam exscribere possent, scribis, qui calligraphiam possidebant, eos ut transcriberent, dabant. Horum tamen aliqui, cum aliquo modo literis ornati essent, diligentissimi, et accuratissimi in exscriptione erant: Si quis vero irreperet error, facile et agnoscebant illum, et corrigebant. Quidam vero cum totaliter indocti essent, nullamque grammaticam artem et orthographiam possiderent, pulcris quidem characteribus, erroribus tamen plenos exscribebant libros, qui tot erant, quot vel ipsi scriptores corrigere non sufficebant. Quid vero dicam de illis ignavis scribis, qui post unum vel alterum saeculum eosdem

dem libros exscribent? Nonne illi Codices, a talibus exscripti, erroribus scatebant? Multa enim ignorantia adiciebant, alia detrahebant, plurima permutabant, & si aliquam notationem in margine inuenirent, in textum transcribebant. Ex hoc natae sunt tot variantes lectiones, tot additiones, tot omissiones, quae adeo multae sunt, ut vix vnus Codex inueniri possit, qui ab aliis nullam, vel paruum differentiam habeat. Vel vnum nouum Testamentum id nobis persuadere potest. Multi enim manuscripti Codices exemplum illud in Ioanne de muliere, in adulterio deprehensa, et coram Christo adducta habent: plures vero et antiquiores illud non habent. Quod etiam Codices duo Noui Testamenti saeculi decimi in hac Bibliotheca, cuius Cata-

B                      lo-

logum hic subiectum vides, in  
textu non habent, in fine vero  
Euangelii Ioannis est positum,  
cum notatione, in Codicibus an-  
tiquioribus et melioris notae non  
inueniri. Aliqui Codices manu-  
scripti habent versiculum septi-  
mum et octauum capitis quinti  
primae Epistolae Ioannis, de tri-  
bus personis sanctissimae Trinita-  
tis: plurimi et vetustiores non  
habent, etsi in quibusdam inue-  
niuntur, non in textu, sed vel su-  
pra, vel in margine, et manu re-  
centiori scripti: vt in quodam co-  
dice antiquissimo in Bibliotheca  
Regis Angliae, et altero in Biblio-  
theca Canonorum Regularium  
ipse Patauii vidi. At vero cum  
ars imprimendi inuenta est, etsi  
non amplius exscribendi necessi-  
tas erat: manuscripti tamen Co-  
dices necessarii plus, quam antea  
puta-

putabantur. Non enim sine illis propter allatas rationes correcti scriptorum libri edi poterant. Neque autem omnes libri simul eodemque tempore, neque correctissimi impressi sunt. Multi enim iacebant ignoti in Bibliothecis, tineis et vermibus corrosi, quidam perditum putabantur: postea vero diligentia doctorum Virorum inuenti. Nam ante artem impressoriam cum Europa ignorantia non parum laboraret, et monachi otio dediti essent, aniles fabulas tractabant potius, quam solida studia, scientias et doctrinas. Neque illis curae erant Bibliothecae, neque in existimatione habebant libros manuscriptos: sed quae docebantur a Magistro, illis studebant, illa conservabant, antiquorum vero scripta, si quae haberent, sepeliebant in

aliquo Monasterii angulo. Principum vero Bibliothecas nemo fere inspiciebat, nemo examinabat. Refertae quidem aliquae erant rarissimis manuscriptis, sed thesaurum istum clausum tenebant. Misera Graecia mea, misere quum vastaretur a barbaro Turca, suas miseras potius curabat, quam libros manuscriptos, quorum maximum numerum possidebat. Primi ergo libri, qui lucem publicam aspexerunt, illi putati sunt correctiores, qui comparati diligenter fuerunt cum plurimis manuscriptis; post illos meliores editiones tunc factae sunt, quando patefactis Bibliothecis Principum et Monasteriorum, factisque publicis, maiorem copiam manuscriptorum docti viri sunt nacti; ex quibus variantibus collectis lectionibus, annotationibus  
libros



libros adornarunt, et plurimas lacunas, quas primae editiones habebant, supplerunt. Et ne vnus altero negligentior videretur, vbi- que magna contentione scriptores libros perquirebant, et illos edebant: attamen neque tanta diligentia efficere potuit, quin magno cum damno literarum, multorum scriptorum vetustissimorum scripta desiderarentur, multorum mutila opera reperirentur, quorum multa fortasse in multis locis Graeciae sepulta iacent, aut in angulis Monasteriorum Graecorum. Quae vtinam aliquis perquireret, et a totali corruptione seruaret. Hoc tamen vni IMPERATORI NOSTRO CLEMENTISSIMO, PETRO MAGNO, facile est, quia vt Monarcha eiusdem fidei cum Graecis et Graeca Ecclesia, facile missis ab illo

lo

lo Monasteria Bibliothecas suas aperient. Quotquot enim a caeteris Europae Regibus ad illos mittuntur, ad manuscriptos perquirendos, inspiciendos, emendos, difficulter illos recipiunt, et in Bibliothecas introducunt, in quibus praeter caeteros manuscriptos antiquissimos, ibi seruatos, quot etiam veteris aut noui Testamenti Manuscripti Codices, vetustate venerabiles iacent? qui adeo sunt necessarii, vt sine illis nunquam possimus libros nostrae salutis ita omnibus numeris absolutos edere, vt nihil magis desiderari possit. Tali enim editione possent viri literati iudicare, quod est ingenuum, et quod est corruptum, vel interpolatum, qua de re sententiam absolutam nunc ferre non possunt, cum dubitent, vtrum inueniantur codices

ma-

manuscripti antiquiores et melioris notae, quam quos habemus. Et nonne pudet homines Christianos de integritate librorum suae legis dubitare? et cur dubitare non debent in quibusdam? cum manuscripti codices, quos habent, in textibus integris differunt, et meliores licet sint, habere non possunt, quia ubi sunt, non introducuntur, vel ubi sunt, nesciunt. Haec pretiosissima Bibliotheca Magnae Russiae clausa semper fuit, et libri ibi depositi extraneis ignoti erant. Catalogus nullus confectus erat (hoc tamen, quem ego confeci, accuratioris opus est, quia in medio codicis, aut in fine multoties sunt exscripta alia opera, quae in principio codicis non sunt notata) nullaque examinatio librorum manuscriptorum. Fauente tamen IMPERATORIA MA-

B 4 IESTA-



IESTATE, cuius desiderium maximum ad propaganda studia in suo imperio, toti Europae est notum: adiuuante etiam sanctissima SYNODO, cuius directioni studiorum et literarum promotio est commendata, breui speramus, et accuratiorem Catalogum tibi, amice Lector, dare, et libros, qui sunt in Graecia sepulti, perquirere: si tamen scias, et velis, illis pro publico bono vti, legendo, examinando, comparando, varias lectiones notando, lacunas implendo, omissa significando, additiones patefaciendo, noua inuenta in lucem dando. Vale.

ARCA.

ARCANA  
 BIBLIOTHECAE SYNODALIS  
 MOSCVENSIS  
 SACRA,  
 DVOBVS CATALOGIS  
 CODICVM MANVSRIPTORVM  
 GRAECORVM

AB  
 ATHANASIO SCHIADA  
 RETECTA.

CATALOGVS  
 PRIMVS,

IN QVO CONTINENTVR L CODICES  
 MANVSRIPTI GRAECI, IN QVIBVS  
 INVENTVS EST ANNVS, QVO  
 SVNT EXARATI.

Saeculum a Christo nato.		Anni	
		a Chri- sto.	ab Ada- mo.
VI	Liber Euangeliorum.	588	6066
IX	Asceticum Magni Basilii, Scala Ioannis Monachi.	884	6392
	S. Ioannis Chrysofomi com- mentaria in Epistolas ad Romanos.	899	6407
X	S. Gregorii Nazianzeni oratio- nes.	912	6420
	Gregorii Nazianzeni oratio- nes.	975	6483
	Basilii orationes ad Pfalmos, et Nazianzeni ad Lumina.	977	6485



Saeculum a Christo nato		Anni	
		a Chri- sto.	ab Adamo
X	Chrysofomi commentaria in Epistolas ad Corinthios.	990	6489
	Scala Ioannis Monachi. Chrysofomi commentaria in Epistolas ad Hebraeos et Colossenses.	992	6500
XI	Chrysofomi commentaria in Matthaeum.	993	6501
	Theophanis Caesariensis commentaria in Lucam.	1006	6514
	Basilii Magni Orationes.	1022	6530
	Psalterium cum scholiis. Al- terum similiter cum scho- liis.	1023	6531
	Chrysofomi commentaria in Parabolas.	1044	6552
	Liber Euangeliorum.	1052	6560
	Liber Euangeliorum.	1056	6564
XII	Vitae Sanctorum Metaphra- stae.	1063	6571
	Basilii Magni Ascetica.	1086	6594
	Chrysofomi Commentaria in Matthaeum.	1137	6645
	Liber Euangeliorum.	1199	6707
	Theodoreti Commentaria in Psalms.	1203	6711
	XIII	Asceticon Magni Basilii.	1265
Psalterium cum scholiis.		1275	6783
Liber Euangeliorum.		1275	6783
Scala Ioannis Monachi.		1285	6793
Chrysofomi Sermones varii.		1290	6798

Saeculum

Saeculum a Christo nato		Anni		
		a Christo	ab Adamo	
XIV	Canonicon seu Regulare.	1294	6802	
	Pauli Monachi moralia.	1294	6802	
	Nazianzeni sermones 16. cum interpretatione Ny- cetae Heracleensis.	1339	6847	
	Basilii Magni sermones in Hexaëmeron, et Grego- rii Nysseni capita 30. in formationem hominis.	1340	6848	
	Dionysii Areopagitae The- ologica.	1341	6849	
	Matthaei Blastaris Nomo- canon.	1342	6850	
	Isaaci Syri sermones.	1355	6863	
	Nazianzeni sermones.	1359	6867	
	Petri Damasceni, et alio- rum sermones.	1362	6870	
	Scala Ioannis Monachi.	1366	6874	
	Scripta variorum contra Latinos.	1387	6895	
	Sermones Patrum, qui in eremo vixerunt.	1400	6908	
	XV	Basilii Magni orationes in Psalmos.	1466	6974
		Metaphrastae Vitae Sancto- rum.	1472	6980
Euangelium cum interpre- tatione.		1482	6990	
Epistolae Bruti et aliorum.		1487	6995	

Saecu-



Saeculum a Christo nato		Anni	
		a Christo	ab Adamo
XVI	Metaphrastae Vitae Sancto- rum,	1492	7000
	Menaeum, seu Mensuale Ianuarii.	1529	7037
	Epistolae Apostolorum ad vsum Ecclesiae.	1529	7037
	Asceticon.	1531	7039
	Varia variorum.	1535	7043
XVII	Xiphilini sermones.	1553	7061
	Asceticon Barsonuphii.	1606	7114
	Varia variorum.	1654	7162
	Nomocanon Matthaei Bla- staris.	1675	7183

Finis primi Catalogi



CATA-



# CATALOGVS SECVNDVS,

QVI CONTINET CCCIV CODICES  
GRAECOS MANVSCRIPTOS, QVI  
CVM NON HABERENT ANNVM SVB-  
SCRIPTVM, QVO SVNT EXARATI,  
SECVNDVM SENTENTIAM AVCTO-  
RIS CATALOGI, SAECVLVM ILLIS  
EST DESIGNATVM.

Saeculum  
a Christo  
nato

- |                 |  |
|-----------------|--|
| VIII            | Euangeliorum collectio secundum vsum<br>Ecclesiae Graecae.   |
| IX              | Orationes S. Gregorii Nazianzeni.  |
|                 | Monastica S. Basilii Magni.  |
|                 | Orationes 31. Gregorii Nazianzeni.   |
|                 | Eiusdem duo codices, quorum vnus con-<br>tinet orationes 23. alter eundem nume-<br>rum, et eius testamentum. |
|                 | Eiusdem orationes 50.  |
| X               | Eiusdem orationes 52.  |
|                 | Eiusdem orationes 25.  |
|                 | Eiusdem orationes 16.  |
|                 | Psalterium Dauidis.  |
|                 | Poëmata Homeri.  |
|                 | Quatuor Euangeliorum Codices.  |
|                 | Codex primus.  |
| Codex secundus. |  |
| Codex tertius.  |  |
| Codex quartus.  |  |

Pauli

Saeculum	Pauli Apostoli Epistolae.
a Christo	Areopagitae Opera.
nato	Eusebii Caesariensis historia Ecclesiastica.
X	Basili Magni orationes.
	Eiusdem Asceticon.
	Gregorii Nazianzeni orationes 51. cum
	scholiis.
	S. Ioannis Chrysofomi varii sermones.
	Eiusdem et aliorum commentaria in
	Apostoli Epistolas.
	Eiusdem commentaria in Genesin.
	Eiusdem commentaria in S. Pauli Episto-
	las.
	Eiusdem commentaria in Matthaeum.
	Eiusdem commentaria in Genesin.
	Eiusdem sermones in varios textus.
	Eiusdem sermones morales.
	Eiusdem commentaria in Ioannem.
	Eiusdem sermones de bono ordine.
	Eiusdem commentaria in Matthaeum.
	Eiusdem varii sermones.
	Eiusdem sermones in varios textus.
	Eiusdem commentaria in Matthaeum.
	Eiusdem commentaria in Vetus Testa-
	mentum.
	Eiusdem varii sermones.
	Eiusdem commentaria in Hexaëmeron.
	Eiusdem varii sermones.
	Eiusdem commentaria in Ioannem.
	Eiusdem sermones in Quadragesimam.
	Eiusdem commentaria in Matthaeum.
	Eiusdem

Saeculum  
a Christo  
nato

X

Eiusdem sermones de prouidentia.  
Eiusdem sermones in Quadragesimam.  
Eiusdem commentaria in sex dies Gene-  
seos.  
Eiusdem commentaria in epistolam ad  
Romanos.  
Eiusdem commentaria in Matthaeum.  
Eiusdem varii sermones.  
Theodoreti Explicatio in Psalmos.  
Varia variorum scriptorum scripta.  
Ioannis Climaci scala.  
Ioannis Damasceni Philosophica et The-  
ologica 103. capit.  
Theophanis historia ascetica.  
Dorotheus et Amphiloeh. de mystagogia.  
Areopagitae opera.

XI

Eiusdem opera.  
Basilii Magni orationes.  
Eiusdem aduersus Eunomium et aliae  
orationes.  
Eiusdem orationes 42.  
Eiusdem Asceticon.  
Eiusdem morales orationes 33.  
Nazianzeni sermones 16.  
Eiusdem orationes 16. cum scholiis.  
Caesarii capita 218.  
Ephraim Syri et aliorum sermones.  
Eiusdem Syri sermone.  
Eiusdem sermones.  
Ioannis Chrysofomi et aliorum sermo-  
nes.

Eiusdem



Saeculum a Christo nato	Eiusdem commentaria in epistolam ad Corinthios.
XI	Eiusdem et aliorum orationes quaedam.
	Eiusdem et aliorum sermones.
	Eiusdem in varios textus scripturae.
	Eiusdem sermones varii.
	Eiusdem sermones de sacerdotio.
	Eiusdem varii sermones.
	Eiusdem commentaria in Ioannem.
	Eiusdem varii sermones.
	Ioannis Climaci scala.
	Ioannis Damasceni capita 100.
	Theodori Studitae sermones varii.
	S. Athanasii montis Athonis vita.
	Theologicae quaestiones incerti scripto- ris.
	Ioasaphati vita.
	Vitae variae.
	Metaphrastae vitae Sanctorum.
	Eiusdem vitae.
	Eiusdem vitae.
	Eiusdem vitae.
	Eiusdem vitae.
	Eiusdem vitae.
	Eiusdem vitae.
	Eiusdem vitae.
	Eiusdem vitae.
	Eiusdem vitae.
	Eiusdem vitae.
XII	Iobi et alia.

Pauli

Saeculum  
a Christo  
nato

XII

Collectio epistolarum Pauli ad vsum Ec-  
clesiae Graecae.

Philonis Iudaei opera.

Nysseni orationes variae.

Chrysofomi commentaria in quatuor  
Euangelistas.

Eiusdem sermones varii.

Eiusdem in Parabolas.

Eiusdem commentaria in Epistolam ad  
Ephesios.

Interpretatio ad quatuor Euangelistas in-  
certi scriptoris.

Patericon.

Sermones catechetici Theodori Studitae.

Metaphraetae vitae Sanctorum.

Eiusdem vitae.

Eiusdem vitae.

Historia monastica.

Triodium.

XIII

Veteris Testamenti omnia.

Psalmodum liber.

Philonis Iudaei scripta.

Chrysofomi sermones varii.

Eiusdem commentaria in Matthaeum.

Eiusdem in Epistolas Pauli commenta-  
ria.

Eiusdem sermones in Quadragesimam.

Eiusdem sermones in Epistolas Quadra-  
gesimae.

Eiusdem commentaria in Prophetam I-  
saiam.

C

Eius-

Saeculum a Christo nato	XIII	Eiusdem commentaria in Epistolam ad Timotheum.
		Eiusdem commentaria in Epistolam ad Corinthios.
		Sermones S. Macarii.
		Varia capita S. Maximi Martyris.
		Sermones Dorothei.
		Patericon.
		Alterum.
		Metaphrastae vitae Sanctorum.
		Eiusdem vitae.
		Eiusdem vitae.
		Mensuale, liber Ecclesiasticus.
		Paradisus, liber Ecclesiasticus.
		Leges Ecclesiasticae, collectae ab Ariste- no.
Leges Imperatorum.		
Variae Leges.		
Leges Ecclesiasticae, collectae ab incerto scriptore.		
XIV	Nomocanon incerti.	
	Psalmi cum breuibus scholiis.	
	Phaenomena Arati cum interpretatione.	
	Aristidis orationes 23.	
	Epistolarum S. Pauli collectio ad vsum Ecclesiae Graecae.	
	Eiusdem alter codex.	
	Euangelium cum notis musicis.	
	Libri aliqui ex historia Flauii Iosephi.	
Orationes S. Arhanasii.		
Orationes S. Basilii.		

Oratio.

Saeculum  
a Christo  
nato

XIV

Orationes S Gregorii Nazianzeni, cum  
scholiis Archiepiscopi Seriensis.

Eiusdem orationes.

Eiusdem carmina.

Orationes Libanii Sophistae.

Commentaria Chrysofomi ad Mat-  
thaeum.

Eiusdem varii sermones.

Eiusdem varii sermones.

Commentaria in Acta Apostolorum et  
in Epistolas.

Eiusdem commentaria in Ioannem.

Eiusdem varii sermones in Ioannem.

Eiusdem et Nazianzeni et Pantaleontis  
varii sermones.

Ethica S Nili monachi.

Sermones S. Macarii.

Capita varia Antiochi monachi.

Ethica Isaaci Syri.

Eiusdem ethica.

Scala S. Eliae.

Vitæ Sanctorum Metaphraetae.

Eiusdem.

S. Scripturae quaedam, et Manassis Chro-  
nicon in vno codice.

Horologium Ecclesiasticum.

Leges Ecclesiasticae, collectae ab incerto  
scriptore.

Leges ecclesiasticae, collectae a Matthaeo  
Blasare.

Ordo primi monastici vestimenti.

Saeculum a Christo nato	Limonarium, liber Ecclesiasticus. Liber Ecclesiasticus.
XIV	Simeonis Logothetae Chronicon. Explicatio Zonarae in quaedam Troparia. Eiusdem Explicatio in Canones. Opera Gregorii Thessalonicensis.
XV	Libri 27. veteris Testamenti. Sophoclis Tragoediae. Plutarchi moralia. Opera philosophica Ammonii. Collectio ex libris Origenis, facta a Basilio et Gregorio Nazianzeno. Orationes Chrysofomi variae. Eiusdem. Eiusdem de Sacerdotio. Sermones Isaaci Syri. Theodoretii commentaria in Prophetas. Sermones Hesychie, Presbyteri. Varia opera variorum scriptorum. Scala Ioannis Monachi. Capita Theologica S. Ioannis Dama- sceni. Asceticon. Theodori Studitae catechetici sermones. Sanctorum vitae Metaphrastae. Historia Alexandri Pseudo-Callistenis. Mensuale, liber Ecclesiasticus. Geponicon. Horologium, liber Ecclesiasticus. Synaxarion. Typicum vnum et alterum.

Scripta



Saeculum  
a Christo  
nato

- XV Scripta variorum scriptorum contra La-  
tinos.  
Codex primus, et quaedam excerpta ex  
Euchologio.  
Codex secundus.  
Codex tertius.  
Codex quartus.  
Opera Ioannis Cantacuzeni de splendo-  
re Transfigurationis.  
Philothei Patriarchae sermones varii.  
Lexicon incerti auctoris,
- XVI Liber Psalmorum.  
Aeschyli opera,  
Euripidis Tragoediae.  
Demosthenis orationes.  
Theocriti Idyllia.  
Aristotelis Physica.  
Thucydidis historia.  
Galenii opera.  
Eiusdem.  
Strabonis Geographica.  
Basilii in prophetam Isaiam explicatio.  
Gregorius Nyssenus in Canticum Canti-  
corum.  
Chrysostomi sermones.  
Eiusdem sermones in Quadragesimam,  
Eiusdem sermones varii.  
Cyrilli et aliorum varia opera.  
Canon S. Andreae Cretensis.  
Damasceni varii sermones.  
Antiochi monachi sermones.

- Saeculum  
a Christo  
nato  
XVI
- Horologium Ecclesiasticum.  
Eustathii collectiones.  
Basilii Iunioris vita.  
Variorum varia scripta.  
Zigabeni Panoplia, siue Armamentarium.  
Varia variorum contra Latinos.  
Arsenii Monobasensis Violetum.  
Blemmidae opera.  
Varia variorum.  
Bryennii opera.  
Quidam hymni.  
Xanthopuli opera.  
Thecarae preces.  
Acta contra Barlaamum.  
Acta concilii Florentiae.  
Synodica.
- XVII
- Homeri opera.  
Hesiodi opera.  
Eiusdem opera.  
Eiusdem opera.  
Psalmi.  
Aeschyli opera.  
Sophoclis tragoediae.  
Euripidis opera.  
Eiusdem.  
Aristotelis Physica.  
Eiusdem moralia.  
Eiusdem varia.  
Oribasii opera.  
Alexandri Tralliani opera medica.

Galeni

Saeculum  
a Christo  
nato  
XVII

Galeni opera aliqua medica.  
 Pausaniae opera.  
 Areopagitae opera.  
 Plutarchi Parallela.  
 Nonni Panopolitae in Ioannem com-  
 mentaria.  
 Basilii orationes.  
 Eiusdem in prophetam Isaïam.  
 Eiusdem varii sermones.  
 Nysseni aliqua.  
 Nili varia capita.  
 Cyrilli, et aliorum aliqua opera.  
 Maximi capita moralia.  
 Eiusdem et aliorum.  
 Ioannis Climaci scala.  
 Varia variorum scripta.  
 Varia variorum.  
 Varia variorum.  
 Varia variorum.  
 Theologica variorum.  
 Petri Monachi opera.  
 Nicephori Monachi opera.  
 Bryennii orationes.  
 Moscopuli Grammatica,  
 Eiusdem.  
 Typicum, liber Ecclesiasticus.  
 Petri Damasceni hypomnema ex sancta  
 scriptura.  
 Maximi Planudae opera varia.  
 Gregorii Palamae opera.  
 Variorum contra Latinos.



Saeculum  
a Christo  
nato  
XVII

Liber primus.  
Liber secundus.  
Contra eosdem, variorum.  
Thomae Aquinatis Theologica.  
Orationes Catecheticae.  
Prodromi interpretatio in Troparia.  
Menaeus, liber Ecclesiasticus.  
Simeonis Thessalonicensis opera.  
Eiusdem opera.  
Logica incerti.  
Interpretatio Missae secundum Antioche-  
nos.  
Ecclesiasticon.  
Rhetorica incerti.  
Grammatica et Logica incerti.  
Gregorii Ceramensis opera.  
Matthaei Cigalae preces ad Deum.

Finis secundi Catalogi.





ARCANA  
 BIBLIOTHECAE TYPOGRAPHICAE MOSCVENSIS  
 SACRA,  
 SINGVLARI CATALOGO  
 CODICVM MANVSCRIPTORVM  
 GRAECORVM  
 AB  
 ATHANASIO SCHIADA  
 RETECTA.

C A T A L O G V S  
 T E R T I V S

XIII. CODICVM GRAECORVM MANVSCRIPTORVM, QVI IN BIBLIOTHECA TYPOGRAPHICA MOSCVENSI ASSERVANTVR.

Saeculum a Christo nato		Anni	
		a Christo	ab Adamo
X	Scripta variorum varii ar- gumenti.	933	6440
	Ioannis monachi scala, Patericon.		
	Preces et laudes ad Virgi- nem Mariam.	1020	6530
XI	Collectio Prophetiarum totius anni ad vsu[m] Eccle- siae Graecae.	1090	6600
	Libri veteris Testamenti.		
	Ephraëmi Syri sermones. Eiusdem moralia.		



Saeculum a Christo nato	Mensuale Nouembris, li- ber Ecclesiasticus.
XII	Catechesis incerti scripto- ris.
	Epistolarum collectio ad vsum Ecclesiae Graecae.
	Eusebii Pamphili historia Ecclesiastica.
	Ioannis Chrysofomi varii sermones.
	Ioannis Monachi scala.
	Eiusdem alter codex.
	Mensuale Augusti, liber Ec- clesiasticus.
	Alter codex Mensis Ianua- rii.
	Alter codex Mensis Martii.
	Nomocanon incerti.
	Varia variorum.
	Laudes ad Deiparam Ma- riam.
XIII	Collectio Euangeliorum ad vsum Ecclesiae Graecae.
	Chrysofomi varii sermo- nes.
	Interpretatio variorum Pa- trum in Genesin.
	Mensuale Iunii, liber Ec- clesiasticus.
	Alter Codex Mensis Octo- bris.

Nomo-

Saeculum a Christo nato	Nomocanon incerti. Synaxarion totius anni, li- ber Ecclesiasticus, qui continet vitas sancto- rum. Lexicon incerti. Euangeliorum collectio ad vsu Ecclesiae Graecae. Triodiam, liber Ecclesiasti- cus. Contacaria totius anni, li- ber Ecclesiasticus. Prouerbia Salomonis. Varia scripta sancti Athana- sii. Eiusdem opusculum ad An- tiochum, et aliorum va- ria. Varia scripta S. Basilii. Epiphanius Cypri, Anasta- sii Sinaitae, et aliorum varia Theologica. Maximi Martyris Theolo- gica et moralia capita. Theophylacti interpreta- tio in quatuor Euangeli- stas. Mensuale Martii, liber Ec- clesiasticus. Panoplia siue Armamenta- rium Zigabeni.	Anni	
		a Chri- sto	ab Ada- mo
		1293	6803
XIV		1310	6820
		1342	6852

Con-

Saeculum a Christo nato	Concilium habitum tem- pore Manuelis Comne- ni de textu illo: pater meus maior me est. Laudes ad virginem Ma- riam.	Anni	
		a Chri- sto na- to	ab Ada- mo
XV	Manuelis Palaeologi ora- tiones, et aliorum varia.	1425	6935
	Moscopuli collectio dictio- num Atticarum.	1432	6942
	Armenopuli compendium legum.	1449	6959
	Amatoria Eufstathii, Char- tophylacis.	1485	6995
	Typicum siue regulare, li- ber Ecclesiasticus.		
	Armenopuli compendium legum.		
	Nomocanon incerti.		
	Alter codex.		
	Varia variorum contra La- tinos.		
	De dignitatibus Ecclesiasti- cis orationes demon- stratiuae incerti.		
XVI	Ioannis Cantacuzeni ora- tiones contra Moame- thum.	1567	7077
	Galenii varia opera medica. Lexicon S. Cyrilli Alexan- drini.		

S. Mar-



Saeculum  
a Christo  
nato  
XVI

S. Marci sermones morales.  
 Variorum Patrum commentaria in Parabolas, et in Iobum.  
 Gregorii Dialogi, variae quaestiones.  
 Mensuale Martii, liber Ecclesiasticus.  
 Mensuale Septembris.  
 Typicum siue regulare, liber Ecclesiasticus.  
 Armenopuli compendium legum.  
 Theophanis Nicaensis orationes quatuor contra Latinos.  
 Varia variorum.  
 Gregorii Sinaitae varia, et variae collectiones variorum.  
 Panoplia siue Armamentarium Zigabeni.  
 Lexicon Gregorii Cantacuzeni.  
 Laudes ad S. Trinitatem.  
 Narratio historica de aduentu Imaginis Deiparae, vocatae Portaitisae.  
 Synaxarista, liber Ecclesiasticus.

Michae-

Saeculum a Christo nato XVII		Anni a Christo nato	Anni ab A- damo
	Michaelis Glycae episto- lae, quibus varios textus scripturae explicat.	1601	7111
	Chronographus.		
	Oppiani varia opuscula.	1622	7132
	Oribasii medica.		
	Galenii medica.		
	Dionis Chrysostomi ora- tiones.		
	Damasceni fidei professio. Euchologium, liber Eccle- siasticus.		
	Ioannis Zonarae varia opu- scula.		
	Armenopuli compendium Canonum.		
	Nomocanon incerti.		
	Abesalomi Hieromonachi interpretatio allegorica in creationem hominis.		
	Opusculum incerti in Ari- stotelis categorias.		
	Incerti tractatus medicus.		
	Logica incerti.		
	Regulae obseruandae a confessore in confessio- ne.		

FINIS.







Aa 2155

ULB Halle

3

004 538 978



TA → 01 f  
NB 1 Stück

169

...

VD17  
VD18

Handwritten signature or initials in blue ink





ARCANA  
BIBLIOTHECAE  
SYNODALIS  
ET  
TYPOGRAPHICAE  
MOSCVENSIS  
SACRA,

TRIBVS CATALOGIS  
VICVM MANVSRIPTORVM  
GRAECORVM,  
SUPERIORE ANNO, MOSCVAE  
RETECTA

AB  
THANASIO SCHIADA,  
SCHOLAE GRAECAE IBIDEM  
PROFESSORE,

NVNC AVTEM  
D. LVCI PVBLICAE EXPOSITA  
ACCVRANTE  
D. ANNE ERHARDO KAPPIO,  
FAC. PHIL. LIPS. ASSESS.

LIPSIAE,  
FRID. GLEDITSCHII B. FILIVM  
CIO IO CC XXIV.



*Handwritten:* Liber III.  
univ.

*Handwritten:* Bibliotheca  
univ.

